



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De iuramento facto contra prius iuramentum, votum, seu promissionem,
qualiter obliger. §. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

De Obligat. & Firmitate Iuramenti.

32

canda vbi clarè de illis non constat ; tum quia forma Iuramenti , quam praefant iij Decuriones , nec verbum continet , ex quo appareat , obligatos esse , hac peccata publica inquirere , & denunciare .

3. Quoad obligationem vero seruandi secretum , constat ex iis , quæ diximus precedenti disp. punct. 6. pro materia qualitate obligari . Si enim quæ in consistorio tractantur , manifestata non praedictantur notabiliter bono communni , aut aliqui tertio ; nou exceder culpam venialem eorum manifestatio . Sanchez dicto cap. 14 num. 5.

4. Insuper scribae , Procuratores aliisque officiales Iuramentum emittunt seruanditatem sibi à Rege prescriptam . Vulgo el arancel , quam multi clamant eis magna ex parte confusione derogatam in eius confirmationem allegant precia rerum post illam taxam notabiliter extreuisse ; ita ut se siamque familiari sufficiat non posint , si taxam seruent . Cæterum his auquaque acquiscere potui : plures enim scribas consului , an sufficienter se sustentare possint ex officio seruando taxam , si ipsis committerentur negotia , quæ possint expedire , & ab illis responsum acceperit , optimè posse . Quia ergo aquitas & iustitia postular defectum negotiorum augmēto pretiū (upplere ; & velle ex uno solo litigante accepere , quæ à pluribus acceptus eras ? Præterea ab obfuratione taxa excusat non potes nisi ob confusitudinem contraria . At visquemodo nulla est talis confusio . Nam si aliquam taxam excedunt , clavis accipiunt ; nec Respublica consentit . Quomodo ergo allegare contraria confusitudinem potes ? Item omnibus sis officialibus mandatum est , ut in fine cuiuslibet scripturae apponant falarium pro illa acceprum . Si ergo abundans accipientes diminutum apponunt , clavis offendunt excessum à Republica non permitti . Quo ergo titulus illum habere possunt ?

5. Sed gratis admitti taxam est iniustum , vel confusitudine derogatim elle ; est dubium , an ob Iuramentum de illa seruanda sis obligatus illam seruare : ita ut perius existas , si taxam violes ?

Videtur affirmatiū respondendum . Quia illud Iuramentum est de re honesta , & licita , & cedente in utilitatem litigantium , & bonum Respublice . Nihilominus censio te illo Iuramento non astringi ; non quia ad illud seruandum , te obligare non poteras ; sed quia contendens es non voluisse obligare . Cum enim aliquam legem seruandam iuras ; iuras eam seruare eo modo , quo recepta est ; & sub ea obligatione . Quia iuramentum est legi accessoriū , & ilius obligatione vis , obligationem legit firmare . Si igitur lex nullam inducit obligationem ; quia est derogata , aut solum obligationem leuem , Iuramentum de illis obseruatione eadem , vel nullam obligationem habebit . Et ita loquens de Scribis tradit Sanchez lib. 3. summa cap. 14. num. 14.

6. Hinc fit iuramentum seruare statuta alicuius Collegij , Universitatis religiosis astringi virtute Iuramenti , ex genere obligationis , quo statuta obligant . Vnde si statuta non obligant ad culpam , sed ad penam subeundam , vi frequentier fit in communicationibz , Iuramentum de illis seruandis nullam inducit obligationem . Si vero statuta obligant ad culpam mortalem vel venialem pro graviate materie ; Iuramentum eadem obligationem habebit . Quia censetur emissum sub ea conditione & obligatione , quam habet statutum . Sic alii relatis docet Sanchez lib. 3. summa cap. 14. num. 2. Salas de legibus dis. 15. sectione i. num. 19. Bonacina tom. 2. dis. 4. quæst. 1. de iuramento punct. 16. num. 6. vers. septimo , & sequentibus . Et concinuitus manifeste ex Clementina 1. S. cum igitur vel. d. claramus , de verbosis significacione . Vbi ex voti seruande regulz fratum minorum non arctantur religiosi ad novam culpam in iis , in quibus reguli ad nullam culpam religiosos astringit .

7. Ex hac doctrina colligere potes ; qualiter alii iudices ordinarij , & delegati obligant seruare ea , que ingressu sui officij urant ; spectandum namque est ; an sceluso Iuramento lege naturali vel positiva ea seruare obligant ; & pro qualitate illius obligationis erit obligatio Iuramenti . Si autem sceluso Iuramento nulli astringunt obligatione ; ex vi Iuramenti eam non accipiunt . Quia Iuramentum (ut tæde dicuntur est) casdem conditions , restrictiones , & exceptiones habet , ac haber actus , super quo interponuntur , ut late probat Guicciardus de Iuramento c. 37. & 38.

§. VI.

De Iuramento factio contra prius Iuramentum , votum , seu promissionem qualiter obliget .

S V M M A R I V M.

3. Explicatur qualiter secundum Iuramentum priori aduersari possit .

2. Secundum Iuramentum aduersum priori votum in actu iurandi , obligationem inducit , si sit materia bona fide .
3. Si secundum Iuramentum priori aduersetur in materia iurata , non obligat .
4. His intelligendum est casu , quo primum Iuramentum obliget eo tempore , quo secundum emititur .
5. Non sufficit primum Iuramentum successu temporis obligare .

1. Dupliciter secundum Iuramentum priori aduersari potest . Primo aduersari potest in actu iurandi . Secundo in materia iurata . Exemplis rem declarabo : iurasti , promisisti , vovisti nullum Iuramentum emittere superiori inconsulto ; emisisti Iuramentum incontulito superiore . Hoc Iuramentum priori Iuramento aduersatur in actu iurandi , vt de se constat ; sed non in materia iurata . Quia materia huius secundi Iuramenti priori Iuramento non erat promissa . Secundo aduersari potest secundum Iuramentum priori in materia iurata ; neque si post Iuramentum factum de castitate seruanda , promisisti Iuramentum poelle coniugium ; materia huius secundi Iuramenti contraria est priori promissione .

2. Quando ergo secundum Iuramentum priori votum aduersatur in actu iurandi , & non in materia iurata . Secundum iuramentum si alia de re licita sit , obligationem inducit . Ratio est : Quia hoc iuramentum illo illicite fuerit emissum ; non tamen est de te illicite . Ergo obligate debet . Quia ad obligationem iuramenti non attenditur , et licite iuraveris , sed in licitem sit , quod iuras . Si declarasti potest in Iuramento blasphemio , aut hinc animo implendi , quod obligationem inducit , si de materia honesta emittatur ; tamen illicite fuerit emissum . Idem est in Iuramento soluendi iuratas ob mutuum petrum absque necessitate , quod Iuramentum seruandum est , quanvis fuerit illicite emissum . Sic Panormitanus in cap. cum cingat de invirando , numero 6. Molina Iuraria tractat . 2. de iuris , disput 580. pag. 1846. Suarez tom. 2. de Religione lib. 2. de Iuramento cap. 24. num. 2. & 3. Sanchez lib. 3. summa c. 6. num. 12.

3. Quod si iuramentum secundum in eius materia , seu promissioni ; nequaquam potest obligationem inducere , vice potestate omniis illicite . Illicitem namque est , violare Iuramentum , votum , seu validam promissionem . Non igitur obstringi potes iuramento , ad hanc faciendam violationem . Quia iuramentum non est vinculum iniquitatis . Ex hoc sensu dicitur in c. quanto de Iure iurato . iuramentum illicitem obligatorium non est . Illicitem inquam , non ex parte cause extrinsecus vicantis iuramentum sed ex parte obediens , seu materialis iurato . Quia cadi supra materiam prohibitum . Exemplis doctrina illustratur . Si post votum cœfatis promissis feminæ matrimonio , nulla est promissio , etiam iuramento finita sit . Ut definitur cap. r. 1. usq. clerici , vol. unius . Item promissiū alicui coniugium , non potest alteri te sub Iuramento obligare . cap. sicut de sponsalibus , & ita tenetur multis relatis Couart. de patr. 2. p. 5. 2. num. 4. vel. catenam & 4. decret. 1. p. cap. 51. num. 6. Sanchez lib. 1. de sponsalibus dis. 50. n. 2. & lib. 2. summa cap. 9. n. 2. Suarez lib. 2. cap. 19. n. 10. Bonacina tom. 2. dis. 4. q. 1. p. 50. 6. num. 1.

4. Verum ut secundum Iuramentum in materia iurata contrarium sit priori iuramento , voto , seu promissioni , & obligationem non inducat ; debet primum iuramentum , votum , seu promissio obligare tempore , quo secundum emititur . Alijs si primum iuramentum votum seu promissio eo tempore obligatoria non sunt , secundum iuramentum illis non potest esse contrarium . Quia vero non sunt , & consequentes obligationem habet si de materia licita emittantur . Ut expressè definitur , cap. Tua nos vel primo de iurando . Vbi cum quidam monachi percipientes pensionem in beneficiis confinxissent clericos prefabantur iurare maiorem solita pensionem solutorum contra canonicas sanctiones , & potest Episcopus illos instituens iurare mandauit ; quod antiquam pensionem , & solitam non agebunt . Hoc posteriorum Iuramentum , (inquit Pontifex) quia ratione & Lateranensis concilij auctoritate iuratur , primo prædictat ; id est , contra primum iuramentum vites obtinet ; eo quod primum non obligabat . Sic Glossa iud. cap. Tua nos & Doctores supra relati .

5. At si primum iuramentum votum , seu promissio obligat eo tempore , quo secundum iuramentum emititur , secundum iuramentum nunquam inducer obligacionem ; tamen si secundo tempore primum iuramentum , votum , seu promissio defensare obligare , eo quod relaxentur , vel a parte remittantur . Quia non firmatur traqu temporis quod deinceps ab initio non subficit . Regula non firmatur de regulis iuris in 6. & regulis . Quod ab initio fidei est . Quia ratione in cap. quidam de cauerio . coningat . Dicitur virum proficitem in monasterio iusta vxore ; etiam illa moratur , non teneri debet ad monasterium . Quia votum non fuit validum , & in cap. placet nobis , solum . tii .

DE
CAST
PALA
TON
II

tis: mulier professionem fecit ignorans maritum vivere, illo rameo mortuo non cogitur ad monasterium redire. Quia emissa fuit tempore inhabili, & non conualefecit tempore habili, ut ex communī sententia docet Abbas ibi num. 4. Suarez d. lib. 2. cap. 19. num. 16. Sanch. lib. 11. de sponsalib. disp. 50. num. 6. Quamvis Nauaritus cap. 12. num. ult. & Couart. 4. Decret. 1. cap. 4. §. 1. num. 10. contrarium videantur sententiae, sed absque fundamento.

P V N C T V M VIII.

Qualiter Iuramentum de materia per legem prohibita obligatorium esse possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Proponitur dubitandi ratio.
- 2 Iuramentum de materia prohibita per legem naturalem, diuinam, aut canonicam obligatorium non est.
- 3 Item nec Iuramentum de materia lege ciuili prohibita ob bonum publicum.
- 4 Neque item obligat Iuramentum de materia lege ciuili prohibita bonum singularum ciuium siedante si lex obligat ad culpam.
- 5 Vnde hoc cognoscendum sit? Proponitur sententia Bartoli, & examinatur.
- 6 Quid sentiat Sanchez.
- 7 Quid tenendum sit.
- 8 Iurans renunciare beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, non obligatur, nisi habeat alias vnde vivat.
- 9 Quid dicendum de iuramento solvendi pauperem in sponsalibus apposito.
- 10 Quibus sponsalibus prohibita est pars apposito.
- 11 Resolutio quæstio.
- 12 Iuramentum, de non revocando testamento, obligatorium est.
- 13 Non obligat iuramentum, solvendi ea, que ludo ad creditum sunt lucrata.
- 14 Quid de iuramento factō a prodigo, cui interdicta est bonorum administratio.
- 15 Nullum est iuramentum alienandi bona si alienatio nulla sit.

1. Videretur impossibile, iuramentum de materia per legem prohibita obligare posse. Quia obligaret ad legis transgressionem, quod est turpe & in honestum. In contrarium autem est Textus in cap. cum contingat, de iurecurando, & cap. licet mulieres eodem sit. in 6. In cap. 2. de patre lib. 6. in quibus alienaciones fundi doctalis alias prohibita valent iuramento apposito. Et in Authent. Sacramentum pauperum, Cod. si aduersus venditionem. Dicitur seruanda esse iuramenta minorum super contractus suarum rerum, tamen si alioquin sint prohibiti contrahere.

2. In hac re certum est, iuramentum de materia prohibita per legem naturalem, diuinam, & canonicam obligatorium esse non posse. Quia est de re mala, vel falso impeditiva maioris boni: quod dixerim. Quia sunt aliquæ leges canonicae, quæ propriæ vim legis non habent; sed cuiusdam directionis, & rectæ gubernationis. Hæ sunt plurimæ religionum constitutiones, quæ licet ad culpam non obligent, conductunt maximæ perfectionis consequendas: cùque de causa qui illas transgredi iuraret, iuraret à recta perfectionis via abstineat. Non igitur tale iuramentum esse potest obligatorium. Et ita ut indubitatem supponit Suar. tom. 2. de Relig. lib. 2. de iuram. cap. 20. num. 2.

3. Deinde certum est, Iuramentum contrarium legi ciuili disponenti de materia pertinente ad bonum publicum, nullo modo obligatorium esse posse. Quia harum legum transgressio est culpa mortaliss. Sed iuramentum esse non potest iniquitas vineulum. Ergo non potest ad harum legum transgressionem obligare. Præterea iuramentum non potest obligare in præiudicium tertij. Capite cum contingat, in fine de iurecurando, capite quamvis patrum de patris, in 6. At iuramentum, contrarium manet in communione bonum ordinatum, vergit in præiudicium tertij, feliciter communis; non igitur potest obligare. Hac enim ratione iuramentum, quo Cleitus iuraverit, se renunciaturum privilegio fori vel contrauenturum renunciationi factæ est illicitum; quia est contrarium materiae in commune bonum ordinatum; nempe priuilegio statui clericali concessio non iudicandi à Layca potestare. Sic tanquam certum tradunt aliis relatis Rebells de iuris 2. part. lib. 5. quæst. 7. sent. 3. num. 15. & num. ultim. Thufucus tom. 4. vobis iuramentum conclusio 500. num. 18. Suar. tom. 2. de

Relig. lib. 2. cap. 26. num. 4. & seqq. Sanch. lib. 3. sub cap. 9. num. 34.

Hinc fit si iuramentum præstes, de extrahendis è civitate mercibus, armis, aliisque rebus prohibitis, de excedendo taxani rerum venalium, & similia, nullam habere obligationem. Quia rem iniquali iurasti bono communi præjudicarem. Vnde tam in iuramento, quam illius executione peccatum committeres. Sic relati Doctores.

4. Præterea certum est, iuramentum contra legem ciuilem disponentem immediate de bonis, & actionibus suorum ciuium obligatorium esse non posse; si illa lex ciuili obliget ad culpam, ut verè obligare potest. Ratio est clara; quia tunc iuramentum obligaret ad peccatum, quod nullatenus fieri potest. Basilius Legionensis lib. 2. de sponsalib. cap. 8. num. 30. Suar. lib. 2. cap. 20. 21. per rot.

5. Solum est difficultas vnde cognoscitur legem ciuilem disponentem de bonis, & actionibus suorum ciuium obligare, vel non obligare ad culpam?

Pliures Doctores fecuti Bartolom in lege si quis pro eo 57. in princip. num. 9. ff. de fiduciis oribus, & Authent. Sacramenta pauperum, Cod. si aduersus venditionem, num. 15. Consentient legem recipiente bonum priuatum, si dirigatur in personas, obligare ad cu pum; ac proinde iuramentum illi contrarium non valere; secus si dirigatur in actum, prohibendo, ne fiat actus, vel factum irritando. Sic Cardinalis Thufucus tom. 4. vobis iuramentum conclusio 500. num. 21. & 22. & conclusio 518. num. 16. & 35. Valquez 1. 2. disp. 171. cap. 2. num. 13. Basilius Legionensis lib. 12. de matrimon. cap. 8. num. 36. Sed hanc distinctionem committunt Doctores impugnant, ut videtur est apud Gutierrez, in Authent. Sacramenta pauperum, num. 36. Eo quod potius verbalis, quam realis esse videatur. Nam annulans contractum cum minore, sine debita solemnitate; tacite prohibet minorem, ne absque illa solemnitate contrahat; prohibens enim effectum, prohibet & causam. Non igitur ex eo quod verba legis dirigantur in actum, vel in personam, sumi potest sufficiens signum obligationis. Basilius vero Legionensis lib. 12. de sponsalib. cap. 8. num. 36. Suar. lib. 2. de iuramento, cap. 20. num. 10. hanc impugnationem vi insufficientem recipiunt. Inquit enim, legem annularent actum, non prohibere illum, sed ab illius prohibitione abstinere, neque attendere, an si actus, vel non fiat, sed dato quod fiat, illum irritum, & nullum esse decent, atque adeo fatur in actum non quoad obligationem; sed quoad vaorem.

Ceterum ego non satis percipio, quomodo lex annullare actum possit; quia prohibeat efficiendum. Quæ enim efficacior prohibito, & interdicti actus esse potest; quam illius irritatio, & annulatio? Adde regulariter, leges annullantes actum ad personas diriguntur, ut patet in alienatione rerum immobiliarum facta à minore sine decreto iudicis, quæ non solum irritatur, sed ipse minor sic alienatione prohibetur, legi sequendum leg. non solum lege aff. resolendum, Cod. de prædiis minorum. Ergo illa distinctione Bartoli non est sufficiens.

6. Sanch. vero lib. 3. in Decalog. cap. 9. num. 35. Reprobata supradicta Bartoli distinctione, hanc regulam statuit, quoties lex ciuili ordinatur immediata in bonum priuatum, & ipsorum fauorem, non obligat ad culpam; ac proinde iuramentum de re illa prohibita homini factum & in eius cedens utilitatem, obligationem inducit. Probat: quia hæc lex, cum sit in favorem priuati, non cogit illum, ne possit favori facto per legem renunciare; ac proinde non tam est lex, quam præmissio & priuilegium.

Sed neque ex hac regula adhuc quiescit animos. Vnde enim constat, legem disponentem de bonis priuatorum in favorem boni communis, immediata non esse? Nam est Republicæ parum interstit, quod bona sint apud unum, & etiam ciuem; & ea de causa prohibita mulieribus alienaciones fundi doctalis, & minoribus contractus abfque debitis solemnitatibus, & deantur bonus priuatorum respicere, & in favorem ipsorum disponente. At negari non potest, Republicæ maximè interest, ne mulieres indotato existant; & ne minores in contractibus defraudent depauperentur. Ergo lex de his disponentis censenda est potius in favorem Republicæ, quam cuiuscumque particularis disponente. Et confirmari potest argumento desumptio ex renunciatione patrimonii ad cuius titulum clericis facis iniunxisti est, quod prohibetur renunciare nisi habeat aliunde ex quo se sustentare possit. Quia licet hæc lex disponent de bono particuliari ipsius clerici, & in ipsius favorem, quia tamen præcipue late est in fauorem status Ecclesiastici, ne clerici depauperati emendicare cogantur, & viles fiant; ea de causa iuramentum contraueniendi talis legi nullum erit; & in legibus ciuilibus philophorii potest. Adde si leges disponentes de his bonis priuatorum vim legis non haberent; sed priuilegii in ipsorum favorem concessi; quæ causa est; quare lege clauso iuramento non possint illis renunciare; certè nulla alle-gari potest.

7. Quæ